Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quia & ego sanctus sum. Scito ergo quomodo a die
hac qua nunc tibi loquor: & dei sermonem
promitto. quod reuertatur populus & ierusalem instau
retur: usque ad xpm ducem & perpetuam desola
tionem templi ebdomades enumerentur sexa
ginta duę. nec non & alię septem ebdomades.
in quibus iuxta ordinem suum duę res fient
de quibus & ante iam dixi. quod reuertatur populus
& edificetur platea a neemia & esdra. In fine
ergo ebdomadarum complebitur dei sententia.
in angustia temporum. quando rursum destruetur
templum & capietur ciuitas. Nam post sexa
ginta duas. ebdomadas occidetur xpc. & non
erit eius populus qui eum negaturus erat. siue
ut illi dicunt. non erit illius imperium quod
putabat se retenturum. Et quid dico de xpo
occidendo & populo penitus deserendo auxilio
dei. cum & ciuitatem & sanctuarium dissipatu
rus sit populus romanus. cum duce uenturo
uespasiano. Quo mortuo. transactis septem
ebdomadibus. id est annis quadraginta. nouem
helius adrianus a quo postea de ruinis